

legatariorum vel fundum vendicare, vel usum fructuum, quid facere non potest is cui tantum fundus legatus est; & ibi notat commendat Glossa ordinaria, Bartolus Alber. Bald. Paul. Imol. Cuman. & communiter Doctores & dicit tam meliorem de jure Baldus & Imol. ibi tenet etiam Dynus, in regula in alternatis, de reg. jur. in 6. Cynus in leg. cum quidam, C. de verb. signif. Bartolus in leg. si sit stipulatus, de verb. obligat. & ibi communiter Doctor. Baldus Paul. Imol. & communiter Doctor. in l. qui dnos, de legat. 1. Faber & alii Doctor. in s. si generaliter, Inst. de leg. Angel. & Moderni in s. hinc autem, Inst. de actio. & Confirmatur etiam per text. in leg. testamentis, ff. de reg. jur. cum similib. Item adde, quod in casu, quo creditor vel legatarius, qui habet jus eligendi, petat, & eligat rem minoris valoris ex errore juris vel facti, credens jus eligendi sibi non competere, non potest variare, nec competi sibi consilio indebiti, neque aliud juris remedium textus singularis, & unicus in leg. si is cui, ff. de legat. 2. quem ibi ad hoc notat & commendat Bar. Alber. Bar. Imol. & communiter Doctores & reputat singularem & unicum Paul. & Cuman. Cujus ratio est quia quaerit res erat in obligatione, & non fuit error in re debita, nec in causa substantiali, sed tantum in accessoria, & extrinseca, ideo qualibet reo ut cessat repetitio, & inlehibi conditione: ita pulchre & subtiliter Bald. & Paul. ibi & illum textum cum ratione reputat singularem, & unicum Alex. in l. si ego, ff. si eere. petat. \* & quid sit in delictis, alternativa penarum, vide Bartolo. & Doctor. in l. quicumque, C. de Stip. \*

Quidam est contractus annuus causa multiplicande obligationis, ut si quis promittat alteri dare, vel solvere certam pecuniam, vel rem quolibet anno, & talis promissio, vel contractus virtus, & effectus ejus longe differat a legato annuo: nam primo differunt, quia in contractibus una est pura & simplex promissio, actio & obligatio ejus, & statim oritur pro toto tempore, & annis futuris: in legato vero pro primo anno statim oritur actio & obligatio, pro sequentibus vero non est nata aliqua actio, imò legatum est conditionale, text. est capitalis in materia in l. si Stichum aut Pamphilum, §. stipulatio, infra isto tit. text. in l. Senatus, §. n. ff. de donat. causa mor. text. in leg. si in singulos, ff. de annis legat. textus in l. cum in annos, eod. tit. text. in l. cum annos, la. 1. ff. quando dies legat. eod. & utrobique communiter Doctor. & in expresso per praedicta jura tenet Bar. in l. ut stipulatus, infra isto tit. 16. col. num. 44. & ibi communiter Moderni; sed advertendum quod decisio, & conclusio videtur falsa, quia incertitudo temporis, vel dici semper impedit obligationem, & ejus effectum donec verificetur, ut in l. unica, cum materia, Cod. ut actio ab hered. & contra hered. incip. ergo in praesenti non possit competere actio, nec obligatio, propter quod Bald. in dist. l. Stichum, §. stipulatio, dicit quod Consultus conditor illius textus videtur fuisse quodam modo stultus, & una bestia; sed certe ipse loquitur impudenter, & minus modestè, & non sunt verba digna tanto viro, quia nihil tam proprium est integro viro, quam verba proferre sine alterius injuria, tanto magis in scriptura semper loquente: sed forè intentio Bald. fuit quod ru-

ditur intuenti, & rationem ignorantem videtur reprobandum Consultus: unde ipse dicit & quidem subtiliter, ratio decisio est, quia quando incertitudo temporis ponitur ad initium, & inchoationem obligationis, tunc impeditur ejus: secus vero quando ponitur ad extensionem, durationem, vel multiplicationem obligationis, quia tunc non impedit nativitatem ejus, licet simus incerti quantum duret, & istam rationem sequitur ibi Jaf. & communiter Moderni. Confirmatur, quia facilius aliquid conservatur postquam semel producit in esse, quam de novo acquiratur, ut in l. patre furioso, ff. de hi. qui sunt sui vel alien. jur. & in l. si is qui animo, ff. de acquir. possess. cum similib. nec obstat si replicas, quare hoc idem non est in legatis: quia ratio differentiae infra parebit clarè: Secundò differunt, quia talis contractus vel promissio annua est una, & non dicuntur plures contractus, vel promissiones; sed in ultimis voluntatibus dicuntur plura legata, text. est in dist. l. Stichum, §. stipulatio, infra isto tit. in d. l. si singulos, ff. de annis legat. cum similib. Ex qua doctrina, & conclusionem resultant aliqui notabiles effectus. Primus est, quia in contractibus habitas, vel capacitas personae, cui debet acquiri, consideratur tempore ipsius contractus, vel dispositionis; unde si illo tempore creditor, cui sit promissio, erat filius familias vel servus, acquiritur patri, vel domino; dato quod postea emancipetur, vel manumittatur: sed in ultimis voluntatibus in quolibet anno de per se considerata habitas, vel capacitas personae legatarii, etiam sint plura legata, unde si primo anno erat in potestate, in aliis vero non pro primo anno pertinebit patri vel domino, pro aliis sibi textus est notabilis in l. si filius fam. infra isto tit. text. in l. si filii sub conditione, ff. de reg. jur. text. in l. si ff. de donat. caus. mort. text. in l. si ff. de stipulat. servo text. in l. cum in annos, la. 2. ff. quando dies leg. eod. text. in l. usufructus, vers. fin. eod. tit. text. in l. si legat. ff. de pignor. text. in l. qua legata, ff. de reg. jur. text. in l. si uxor, C. de condit. infer. text. in cap. cum in annos, ff. de annis legatis, cujus pulchra verba sunt. Cum in annos legatur, plura legata esse placet, per singula legata, jus capiendi inspicitur.

Secundus effectus est quod si caveatur lege vel statuto, quod de quolibet contractu, vel legato solvatur Gabella, & fiat stipulatio, vel promissio annua, non debetur nisi unica tantum Gabella pro omnibus annis, cum sit una perpetua, & uniformis, & consequens debetur illi conductori Gabellarum, cui erat tempore contractus: si vero fiat legatum annuum, Gabella debetur pro quolibet anno in futurum, pro ut dies essent, cum sint plura legata, & per consequens debetur illi conductori, qui fuerit in quolibet anno; & in expresso ita tenet Bartol. in l. cum Titio, ff. ad legem Falci. 2. col. & ibi Paulus, Imola, Alexander, & communiter Doctores, Bald. in l. in annalibus, C. de legat. 1. column. Roman. Jafon. & moderni in d. l. Stichum, §. stipulatio, infra isto tit. facit etiam doctrina Baldi, & communis in leg. cum ejusdem ff. de edit. edict. dicens, quod si stipulatio, vel promissio continet plures res, debentur plures Gabellae, quia censentur plures contractus, argumento textus in l. scire debemus, infra isto tit. l. cum materia.

Tertius effectus est, quia in contractibus lapsus cujuslibet anni constituit debitorem in mora absque aliqua interpretatione, ita probat text. in l. 1. Cod. de jure emphyt. text. in cap. porrit, de locato text.

text. in l. magna, C. de contrah. & committ. stipul. sed in ultimis voluntatibus per cujuslibet anni spatium non constituitur heres in mora sine interpellatione nisi plura legata, & conditionalis, ne uno, & eodem tempore causeur obligatio & mora, ut dixi in contractu conditionali: & in terminis ita tenet. Paul. de Castro in dist. leg. Stichum, §. stipulatio, infra isto tit. final. column. in fin. & ibi Alexander. 1. col. num. 3. & Jafon. 2. col.

Quartus effectus notabilis, & quotidianus est quoad prescriptionem quia in contractibus si debitor cessavit solvere per 30. annos totaliter extinguitur talis obligatio vel promissio annua censetur jam praescripta, tam pro primo anno, quam pro sequentibus, cum sit una, & uniformis pro omnibus, sed in ultimis voluntatibus non est praescriptio, nisi tantum pro primo anno, non vero pro sequentibus, cum sint plura legata, & conditionalia, unde post lapsum cujuslibet anni incipit, & requiritur nova praescriptio, & in expresso ex isto fundamento, & ratione istam doctrinam, & conclusionem tenet Gloss. ordinaria, valde singularis, in l. cum notissimi, §. in his, C. de prescrip. 30. vel 40. ann. in gloss. magna, vers. tu dic. & ibi Azo. in summa, 1. col. num. 6. Jacob. Butr. fin. quest. Bartol. Bald. Angel. Spec. licet aperte non firmet in tit. de locato, §. nunc aliqua, vers. 41. Gloss. ordinaria in l. de pupillo, §. si in pluribus, ff. de oper. novi nunc. in gloss. fin. & ibi Bartol. eodem. 2. quasi Cuman. ibi 2. column. in princ. qui dicit hanc esse magis communem opinionem Alexan. notabiliter 1. col. n. 3. Imol. in d. l. Stichum §. stipulatio, 2. col. in medio infra eod. Roman. pen. col. n. Paul. 1. col. post. princ. Alex. 1. col. num. 3. Jafon. 1. column. in fin. Joan. Andr. in capandis, de pres. 1. column. in fin. & ibi notat Abb. fin. column. & quest. Felin. fin. col. vers. ultim. dum tangit Abb. Franc. Bald. in tract. prescrip. in 4. artic. 4. part. princ. in 4. quest. & hanc dicit magis communem opinionem Fulg. de prescrip. in dist. leg. cum notissimi, §. in his, Cod. de prescrip. 10. anno. & dicit magis communem opinionem Cuman. in dist. leg. de pupillo, §. si in pluribus, & de oper. novi nunc. Cornueus in cons. suis conf. 2. 2. §. col. num. 23. 3. vol. pro qua sententia & conclusione, facit text. in l. eos, §. od. de usuris, ubi habetur, quod praescripta te principali censentur praescripta accessoria ejus, ut fructus & similia, & ad hoc illum textum notat & commendat ibi Cynus, Bar. Bald. Paul. & communiter Doctores, Bald. in leg. terminat, Cod. de fruct. & pectun. 1. col. num. 3. Paul. & communiter Doctor. in leg. sequitur, §. fructus, ff. de usucap. text. in l. plures apochis, C. de fideic. instrument. text. in cap. de quarta descript. quem ad hoc notat & ponderat Abbas in d. capit. auditis, textus in leg. si usufructus alterius annis, ff. quibus mod. usufruct. annis, ubi habetur, quod usufructus annuus relictus in testamento non praescribitur non utendo, quia sunt plura legata: ergo a contrario sensu secus est in contractu, vel annua promissione cum sit unicus tantum contractus: contrariam tamen sententiam & opinionem tenet magistratè gloss. sator antiquus in dist. §. in his, imò quod indistinctè non sit praescriptum nisi primo anno, modo loquamur in contractibus, modo in ultimis voluntatibus, & in quolibet anno requiritur praescriptio, & idem tenet ibi Jacob. de Aretin. Petrus, Dinus, Alber. column. pen. & in hoc residet Salye. in eadem l. 1. imò & illud per column. Rayn. in d. l. de pupillo, §. in pluribus de oper. novi nunc. & ibi Jafon. 1. col. numer. 4. Alber. in l. si in singulari, in fin. ff. de con. leg. Paulus de Castro. ubi

dicit hanc esse magis communem opinionem in l. plures apochis, C. de fideic. instrument. 2. col. n. 6. Anton. de Butr. qui notabiliter loquitur in cap. pervenit, de censibus pen. column. vers. in debitum, pro qua opinione facit text. apertus in dist. l. cum notissimi, §. in his, ubi praesertatione annua expressè text. aequiparat contractum, & ultimas voluntates, & dicit quod in eis praescriptio non incipit currere à principio contractus, vel obligationis, sed à principio cujusque anni vel temporis, in quod est cessatum in solutione. Secundò, quia contractus non potest negari quiri fit obligatio quia pro primo anno, sed pro sequentibus in diem: sed eo casu, quo dies exactionis nondum venit impeditur praescriptio, ut in l. cum notissimi, §. illud, §. od. de prescrip. 30. vel 40. ann. & in leg. in fin. Cod. de cond. excepte. ergo similiter impeditur in nostro casu, & quaestione: sed his non obstantibus ego teneo primam opinionem, quae est vera, & magis communis: nec obstat text. in dist. l. cum notissimi, §. in his, in quantum aequiparat contractus & ultimas voluntates, quia debet intelligi quoad hoc, ut utroque casu currat praescriptio à tempore, quo cessavit ut in solutus, sed postquam semel incipit currere continuatur, & perficitur per eos annos in contractibus per supra dicta, ita responderet Gloss. ordinaria in dist. §. in his, & ibi Bar. & communiter Doctores tenentes istam opinionem. Secundò non obstat text. & ejus dispositio in l. cum notissimi, §. illud, Cod. de prescrip. 30. vel 40. ann. & in leg. 1. Cod. de anno excepte. cum similib. quia respondet quod in promissione vel obligatione annua creditur agere, tam pro primo anno, quam pro futuris, quia fundatur in jure de praesent, quod fecus est in promissione, vel obligatione particulari: ita Bar. in d. §. in his, & ante Oldrad. quem refert Alber. Vel aliter & secundò, & verius repondeo, quod text. in dist. leg. cum notissimi, §. illud, cum similib. debet intelligi, quando contractus, vel promissio est particularis, respectu unius praesertationis: secus tamen est, si sit promissio, vel obligatio annua, quae comprehendit sub se plures praesertationes; nam tunc sufficit una praescriptio pro omnibus, quia est unicum jus, & unica actio pro omnibus; unde illo jure, & actione praescripta, à qua causantur, & derivantur illae praesertationes annuae, censentur per consequens praescriptae praedictae annuae praesertationes, ita singulariter respondet Jacob. Butr. in d. §. in his, fin. q. & ibi Bald. in fin.

Tertio, & principaliter differunt, quia talis contractus promissio, vel obligatio annua est perpetua, & transitoria ad heredes, text. est in dist. leg. Stichum §. infra eod. & ibi Petr. Dyn. Alber. Rom. Cuman. Alex. Jafon. & communiter Doctor. idem Petr. & alii Doctor. in l. sancimus, §. fin. C. de donat. Faber & communiter Doctores in s. omnis Inst. de verborum oblig. Platea, & communiter etiam Doctores in s. at si ita stipuleris, eod. tit. & ultra praedictos Doctores, idem tenet Gloss. singularis & ordinaria in leg. si quis argentum, §. fin. autem, Cod. de donatione, quem ad hoc summè notat & commendat Salye. in l. sancimus §. final. eod. tit. contrarium tamen tenet Gloss. ordinaria in d. l. si Stichum, §. stipulatio, infra isto tit. imò quod talis contractus, & obligatio non transit ad heredes, neque obstat text. in d. §. stipulat. ubi dicit, quod est perpetua, & non finitur morte, quia debet intelligi ipso jure, & de rigore, cum tempus non sit causa tollende obligationis, ut in l. obligationum fore, §. placet, ff. de actione, & in effectu

Qui istam opinionem tenet Bar. in dicit. §. stipulatio, 2. col. & quest. ibi Angel. Paulus, Imol. Tertia opinio diversa in hoc difficili articulo, est quod distinguamus, an promissio annua fiat ex causa onerosa, & tunc sit perpetua, & transeat ad hæredes, & procedat prima opinio si verò fiat ex causa lucrativa, non transeat, & ita procedat secunda opinio, ita tenet Bald. in d. §. stipulatio. Sed his non obstantibus, in hoc subtili, & difficili passu, ego teneo primam sententiam & conclusionem tanquam veriorem: & magis communem, scilicet quod talis contractus, promissio & obligatio annua simpliciter interposita indistinctè sit ipso jure, & cum effectu perpetua, & transeat ad hæredes creditoris, & non finiat eorum morte, modò sit interposita ex causa onerosa, modò lucrativa. Et hanc opinionem dicit communem Joan. Fab. in §. omnis num. 10. Instit. de verbo. cum qua transit hic pater meus tamen contrariam opinionem, imò quod non transeat ad hæredes tenet gloss. in l. Stichum, §. stipulatio, cum qua dicit quod est communis Corrahus, ibi numero tertio, tamen veram credo hanc opinionem patris mei, & quod Corrahus inadvertenter loquutus fuit: \* pro qua sententia, & conclusione ultra Doctores considero sequentia fundamenta, primò tex. expressum in dicit. §. stipulatio, ubi dicit, quod talis promissio, & obligatio est perpetua, quod verbum in dubio debet intelligi cum effectu, & in promptiori significato, argumento tex. in leg. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager, vel. vel emph. pen. cum similit. confirmatur, quia quando lex vult aliquem contractum non transire ad hæredes, illud expresse declarat, ut in leg. 1. ff. pro socio. Secundo pondero tex. in dicit. §. stipulatio, in quantum dicit, non quemadmodum simile legatum morte legatarii finire, ubi vult denotare differentiam inter contractum, & legatum. Tertio facit tex. in leg. 3. verso. primo, ff. de except. ubi habetur, quod exceptio dicitur perpetua, quæ semper, perpetua, & cum effectu est transitoria ad hæredes. Tertio facit, quia regulariter & in dubio omnis contractus, vel promissio semper censetur realis & transitoria ad hæredes, tex. est in l. si pactum, ff. de probat. tex. in l. jurisgentium, §. pactorum, ff. de pactis, tex. in l. tale pactum, eodem tit. textus in l. necessarias, §. de vendendo, ff. de pignor. action. Quarto facit tex. in l. veteris, C. de contrahen. & commit. stipul. ubi Imperator Iustinianus ponit regulam: quod omnis contractus, promissio vel obligatio, si ve in dando, si ve in faciendo, transmittitur ad hæredes, tam activè, quam passivè, modò fiat mentio eorum, modò non. Quinto facit textus in l. eum qui ita, infra isto titul. & in §. ita stipularis, Instit. de verborum obligationibus, ubi eo casu, quo debitor promissit, quoad vitam, de rigore transit ad hæredes, sed repelluntur exceptiones: ergo si non est dictum quoad vitam, debet transire cum effectu & si se obstaculo orationis. Sexto facit tex. in leg. sancimus, §. fin. C. de donatione, ubi quando fit donatio annua quoad vitam, hoc actio quod non transeat ad hæredes donatarii, non requiritur in statuatio, quia continentur plures donationes: ergo probat textus, quod in tali contractu annuo requiritur, quod expresse dicatur inter partes, quod non transeat ad hæredes, aliàs semper transit, quam tamen sententiam, & conclusionem limita & intellige, ut non procedat, quando ex conjecturis possit constare, quod intentio partium fuit, ut transeat ad hæredes, quia fuit facta promissio homini pauperi, & ex causa lucrativa, quæ

tunc videtur facta pro alimentis, quæ de sui natura non transeunt ad hæredes, ut in l. cum hi, §. modus, ff. de transactio. & in terminis ita limitat & intelligit Alexand. & Jaf. in dicit. §. stipul. Secundo limita, & intellige, ut non procedat, quando aliquid est implendum à creditore, cui facta fuit promissio quod coheret suæ personæ, ut quia est facta promissio annua advocato, medico, vel alteri petito in arte, vel officio, quia tunc censetur promissio conditionalis & respectiva, & talis obligatio non est transitoria ad hæredes, quia est interposita super facto, quod coheret omnino personæ; ita probat tex. singularis in l. si servus communis meus, & caltransis peculii, §. fin. ff. de stipulatio. servor. & ibi tenet Bar. Baldus, & communiter Doctores; probat etiam tex. in leg. post duas, Cod. de advocato diversor. judic. tex. in l. si sterilis, §. fin. de action. empt. tex. in l. Julianus, §. feri eod. titul. Imò tali casu debitor & promissor potest revocare salarium, quando velit, & eodem modo creditor, cui est facta promissio, quia censetur promissio, vel obligatio conditionalis voluntaria, quamvis ambo velint in eadem voluntate persistere: argumento prædictorum jurium, quod est notabile. Secus tamen est in ultimis voluntariis, quia legatum annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus conditionale, unde legatario mortuo debitum primi anni transmittit ad hæredes quia jam cessit, non verò transmittit pro sequentibus, quia est conditionale: textus est formalis & expressus in leg. si in singulis, ff. de annuis legatis, cum similibus: & si querat quæ potest esse ratio, per quam in contractibus promissio, vel obligatio annua est una perpetua transmissibilis, sed in ultimis voluntariis legatum est unum pro primo anno, & pro sequentibus est conditionale, & non transmissibile? respondeo quod legatum fit propter bene merita ipsius legatarii & affectionem ejus, ut in l. nec adjecte, ff. pro socio: ergo necessario debet intelligi constituto, si vivat; sed in contractibus solum attenduntur verba & vinculum obligationis non verò merita, vel affectio, ut in l. quequid astringenda, infra isto titul. unde merito censetur uniformis, perpetua & transmissibilis, ista est ratio & intentio omnium Doctorum in dicit. l. Stichum, §. stipulatio, infra isto tit.

Advertendum tamen est, quod ista promissio annua facta per contractum inter vivos, & legatum relictum in ultima voluntate, conveniunt in modo, & forma petitionis, & condemnationis, quia utroque creditor potest agere contra debitorem, ut declaratur jus suum competere, & condemnatur debitor, nedum pro debito primi anni, quod effectualiter jam cessit, verum etiam pro futuris annis, pro quibus adhuc non cessit, & erit maximus effectus, quia non tenetur quolibet anno litigare, & de jure suo docere, & probare, sed post lapsum cujuslibet anni sententia mandabitur executioni: cujus ratio fundamentalis est, quia licet talis promissio annua in contractibus sit, in diem pro sequentibus annis, & in ultimis voluntariis sit debitum conditionale, & utroque casu dies nondum cesserit, quod exactionem ipso jure, vel mediante exceptione, ut in leg. cedere diem, ff. de verborum significationibus, cum similibus, & iudicium non possit fundari super jure de futuro, ut in l. non quemadmodum, ff. de judic. & ibi communiter Doctores, & in l. 1. §. factus, ff. de usuris, tamen utriusque casu actio, & obligatio est pura de presenti pro primo anno, & rati-

tione ejus in consequentiam potest fieri petitio & condemnatio super futuris, & valet, & tenet iudicium in eis.

Pro qua sententia & conclusione. Primò facit textus in leg. prima, Cod. de fideicommissis: ubi habetur, quod si testator gravat hæredem, ut solvat alicui alimenta quolibet anno, & talis hæres solvetur per triennium, cogitur postea in futurum præstare, etiam si reliquerit in minus solemnitate, & potest talis hæres condemnari, ut in futurum præstet, & solvat, & ibi tenet Glossa ordinaria, Petrus, Cynus, Albericus, Baldus, Angelus, Salycetus, Paulus, Cornus, Jafon, & communiter Doctores.

Secundo facit tex. in leg. 1. Cod. de sententia que sine certa quantitate profer. ubi habetur quod iudex potest condemnare eum debitorem, ut solvat fortem principalem d. utram creditori, & interim quod non solvat, condemnare eum in usuris futuris. Et ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Bar. & communiter Doctores.

Tertio facit textus in leg. quod si in diem, ff. de petitione hereditatis: ubi probatur quod si hæres egit petitione hereditatis contra debitorem purè, in diem, & sub conditione, & pronuntiat heres, potest iudex in consequentiam condemnare debitorem, ut solvat statim debitum purum, & debitum in die, vel sub conditione adventiente die, vel conditione, & ad hoc notat & commendat Bar. & communiter Doctores.

Quarto facit textus in leg. male agitur, Cod. de prescriptione triginta, vel quadraginta annorum, ubi habetur, quod creditoribus, vel dominis resolvatur integrum jus suum in rebus locatis pro aliquibus annis vel in perpetuum, ne cogantur quotidie, vel quolibet anno litigare, & de jure suo cedere, & ibi notat Barol.

Quinto facit tex. in l. prima, §. illud, & §. plane, ff. de vi, & vi armata, ubi habetur, quod licet interdictum unde vi principaliter non competat pro rebus mobilibus, tamen accessorie bene competit.

Sexto & ultimo facit tex. in l. libertis quos, §. manumissis, ff. de aliment. & cibor. legat. Cuius verba sunt. Manumissis testamentis cibaria annua, si cum morte morabuntur per fideicommissum dedit mater filio, triennio supervixit, neque cibaria ei præstitit, sed & filia, postquam matri hæres extitit, quoad vixit annis 14. de eisdem solvendis compellata non est: quaesitum est, an post mortem filie a novissimo hærede peti possint, & tam præteriti temporis, quam futuri id, quod cibarium nomine relictum est. Respondit, si conditio extiterit, nihil oportet, cur non possint. Gloss. ordinaria in leg. non quemadmodum, ff. de judic. & ibi Bar. Baldus, Paulus, & communiter alii Doctores. Gloss. ordinaria in l. 1. §. factus, vers. quid enim, ff. de usuris, & ibi Bar. & communiter Doctores Gloss. in §. præjudiciales, Instit. de actione, Bar. in l. ita stipulatus, infra isto tit. 16. column. num. 44. & ibi communiter Moderni, dem Bar. in l. ubi autem non parat, §. pen. eod. tit. & communiter Doctores. Paul. de Castro, Imola & Moderni in l. si ita stipulatus fuerim illud infra isto tit.

Item adde in materia, quod si testator simpliciter reliquit, vel legavit civitati, vel personæ private certam pecuniam quantitatem, vel aliud imolumentum, in diem reitabilem, puta in

diem S. Joannis, vel alterius festivitatis, debet intelligi in perpetuum quolibet anno, non verò semel tantum in primo anno, tex. est singularis in l. cum quidam ff. de annuis legatis. Cuius verba sunt: Cum quidam Decurionibus divisiones dare voluisset die Natalis sui, Divus Severus & Antonius rescripserunt, non esse verisimile testatorem de uno anno sensisse, sed de perpetuo legato, & ibi ad hoc reputat mirabilem Bar. & Lancellor. Dec. ex quo tex. infert ibi Guido de Suza, quod si testator relinquat fratribus Sancti Francisci, unam pitaneam, vel prandium in diem Sancti Francisci, intelligitur in perpetuum quolibet anno, & istam conclusionem tenet ibi Lancellor. Decius; & istam opinionem credo veram, licet contrarium teneat ibi Bar. quod tamen intellige, quando dies propriè, & æqualiter est reiterabilis, ita uno anno sicut alio secus aliàs: aut si relinquit testator aliquid erogandum die mortis suæ vel obsequiarum, ita notabiliter tenet Petrus, Bar. Albericus, Lancellor. Decius ibi in d. l. cum quidam.

Item adde, quod si testator legat alicui centum, donec nubat non intelligitur semel tantum legare, sed quolibet anno donec nubat, ita probat tex. in l. legatum, in princip. ff. de cond. legat. & ibi notat Bar. Alber. & communiter Doct. facit etiam textus in leg. annua §. in eodem titul. Ex quibus inferretur, quod si testator reliquit Titio centum, quoad vivat, non debet intelligi de una tantum præstatione, sed de annua, & parte tua per totum tempus vitæ suæ; quod tamen singularem intelligi, quando relinquatur in ultima voluntate: secus verò si promittatur per contractum inter vivos, quia intelligitur ut semel tantum præstentur, non quolibet anno, ita notat Petrus de Bellapertica in d. l. legatum de ann. legat. & ibi Bar. & Lancellor. & tenet Dynus, in l. cum qui ita, §. qui ita, infra isto titul. & ibi Angel. Paulus, & Alexand. & Jafon dicit hanc esse magis communem opinionem, Bar. vero ibi in d. l. cum ita, distinguunt notabiliter isto modo, quia in ultima voluntate semper talis promissio intelligitur annua, in contractibus verò si est facta pauperi, similiter intelligitur annua; si verò est facta diviti, censetur, una quæ minutatim debet solvi quolibet anno, ita quod per tempus vitæ stipulatoris dividitur solutio. Sed teneo contrarium, imò quod modò dicta promissio relinquatur in ultima voluntate, modò per contractum inter vivos, & modò pauperi, modò diviti, non debeat semel tantum præstari, sed quolibet anno per tempus vitæ suæ, ita notat Imol. in d. l. cum qui ita §. qui ita infra eod. 2. col. in prin. iste est sensus glossæ, ibi in Gloss. prima, & idem tenet Jacob. de Aretin. & Alber. in d. leg. legatum, de cond. legat. Imol. in leg. 1. ff. de cond. & demonstr. fin. col. in prin. Imò dato quod superior conclusio Bar. esset vera, non debet fieri solutio minutatim: sed tota quantitas integra statim debere solvi; quia cum tempus mortis sit incertum, non posset commodè fieri ista divisio æqualis præstationis ut punctualiter finiat tota quantitas durante vita stipulatoris: & si quis dixerit, quod admittatur arbitrio promissoris, ut præstet partem quam velit quolibet anno, esset inconveniens, quia posset minimam partem quolibet anno solvere, quod nul lus esset utilitatis, ita Angel. Imol. Paul. & Jafon. in d. l. cum qui ita: tenent etiam Doctores in d. leg. cum quidam, eod. titul. Item, adde, quod si testator in testamento gravat hæredem, ut solvat alicui ea quæ ipse testator vivi-

vita solutus erat sibi dare, intelligitur, ut teneatur dare tantum ea qua ordinariè, & certo modo, quolibet anno præstabit: non verò ea, quæ extra ordinem, & incerto modo ad libitum voluntatis quandoque præstabit, textus est valde notabilis in l. Scio amico, §. medico ff. de cond. legat. Cujus verba sunt Medico Sempronio, quæ vivus præstabit, dari volo, ea videntur relicta, quam certam formam erogationis annua non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. & ibi ad hoc notat & commendat Dynus Bar. Alber. Lanc. Decius, & communiter Doctores antiqui; unum tamen est, quod si diversimodè præstabit testator in vita, & tempore mortis, debentur secundum præstationem tempore mortis, text. & ibi Doctores in leg. Mela, §. 1. de alimen. & cibar. leg.

Quidam est contractus in genere, ut quando quis promittit alteri servum, equum, vel quid simile in genere, non determinata re & specie, vel individo, quo casu certum est quod statim oritur actio & obligatio; sed dubium satis subtile est, quid est in ipsa obligatione; in quo articulo reperio dubias & varias sententias.

Prima est, quod ipsum genus, & omnes res sub eo contentæ sunt in obligatione, non aliquid individuum, vel particula de per se, quam opinionem refert Bar. in leg. 2. §. & harum, final. column. & question. infra isto titulo, sed ista communiter reprobat per Bart. & Doct. exiltimantes quod genus per se sumptum est quedam idea sive imaginatio, quæ non est nec potest esse in commercio nostro, vel est quid ita universale, quod impossibile est ejus præstatio vel traditio, argumento text. in l. inter stipulantem, §. sacram, infra isto tit. cum similibus.

Secunda opinio est, quod qualibet res, de his quæ continentur sub genere, est in obligatione, sub conditione si solvantur, argumento textus in l. 3. ff. qui & a quibus, ubi electione servi data quodammodo singuli videntur legati vel promissi sub conditione, & istam opinionem tenet Jacob de Arcin. quem refert Bar. in dict. §. & harum, final. column. & question. Sed ista opinio est falsa.

Primo quia si nulla res esset in obligatione pure, sed sub conditione, sequeretur quod nunquam posset agere contra debitorem, quia antequam solvat non est verificata conditio, & solutio facta jam non esset obligatio.

Secundò, quia si res in genere esset legata, vel relicta in ultima voluntate, non posset transmitti, cum jura conditionalia non transmittantur, ut in l. unica, §. si autem sub conditione, C. de caduc. coll. cum similibus.

Tertia opinio est, quod obligatio rei in genere continet singulares res contentas sub illo genere, sicut continetur in promissione alternativa, unde sicut res alternativè promissæ essent in obligatione, ita istæ res contentæ sub genere; & confirmatur, quia in jure nostro obligatio alternativa & generica purificatur text. est in leg. cum is, §. si, ff. de condit. indebit. textus in leg. 2. §. & harum, in fine, infra isto tit. textus in leg. execut. §. pro parte eadem tit. Istam opinionem tenet solus Socin. in dict. l. 2. §. & harum, final. & questione; dicit esse suam novam considerationem; sed salva ejus pace, ista opinio est falsa, quia in alternativa merito utraque res est in obligatione: quia qualibet res est certa & determinata, & expressè promissa, licet alternativè. Unde in qualibet sub-

sistit obligatio, sed in genera nulla res est expressè nec determinata, imò impossibile est quod exprimitur, vel declaratur, unde in nulla potest consistere obligatio.

Secundò, quia in alternativa debitor potest eligere & tradere rem quam velit, ut in plerumque §. si, ff. de jur. dor. cum similit. in genera verò non, sed mediocrem debet dare, ut infra pro dimidia.

Tertio, quia preceptis rebus alternativè promissis, perit & extinguitur ipsa obligatio, & debitor remanet liberatus, textus est in l. si in emptione, §. si emptio, ff. de contrahend. emptione. Confirmatur, quia sicut precepta sola re, quæ simpliciter debetur, extinguitur obligatio, ut in leg. quod te mihi cum materia, ff. si certum petatur, & in leg. si ex legati causa, cum materia, infra isto titulo. ita etiam preceptis rebus alternativè debitis extinguitur obligatio eadem, si verò est promissio generica preceptis rebus contentis sub genere, non perit ipsa obligatio, quia genus perire non potest, ut in l. incendium, Cod. si cert. petat. & in leg. ratione, la secunda, §. diligenter, versicul. incerta, ff. ad legem Falcidiam; quod ingeniose & speculativè declaro isto modo, quòd si omnes res illius generis pereunt, taliter quòd sit spes & facultas in genere humano habendi illas res, ut si quis promittit servum in genere, & pereant omnes servi de mundo, tamen subest spes servos habendi per captivitatem hostium, vel per venditorem liberi hominis ad pecuniam participandam; unde debitor non liberatur, nec extinguitur obligatio, quia non fuit restricta ad unum ex servis presentibus tantum, quia erant tempore contractus, sed ad unum servum simpliciter & absolute; si verò omnes illius generis perirent, taliter quòd cessat omnis spes & facultas humano generi illas res habendi, & illud genus restaurandi, ut si quis promittit equum in genere, & nuda divino omnes equi de mundo perirent, & nobis fuisset possibile scire, debitor liberaretur, quia cessat spes & facultas illi generi restituendi, & in terminis istum passum declarat solus Salyc. in l. incendium C. si cert. petat. 2. col. n. 7.

Quarta oppositio principalis est, quod in obligatione generica, nulla res certa, & determinata dicitur esse in obligatione, sed venit determinanda, & certificanda per solutionem, unde illa quæ postea solvitur, censetur & fingitur à principio fuisse in obligatione, probat textus notabilis in l. cum incertus, ff. de legat. 1. ibi, si quis legavit, vel promittit rem in genere, & postea debitor vel hæres solvat unam rem, de contentis sub genere, remanet liberatus, ac si à principio illam rem fuit promissa, vel legata & facit etiam textus in l. si unus, §. sed si gener ff. de part. & in expresso per prædicta jura istam opinionem tenet Gloss. ordinaria quæ sic debet intelligi in leg. Mevius, §. duobus, in gloss. fin. ff. de legat. 2. & ibi notabiliter Bartolus §. column. num. 9. & allegat Petrum, & Andream de Pin. ita tenent, tenet etiam ibi Alber. in princip. Imol. Paulus pen. column. num. 6. Item hanc etiam opinionem tenet Glossa ordinaria in l. cum is, §. final. in gloss. 1. ff. de cond. indebit. & ibi Bald. Paul. & Jalon, istam etiam opinionem tenent ordinaria gl. in leg. 2. §. & harum, infra isto titulo fin. column. & quasi. Alberic. §. column. num. 3. istam etiam opinionem tenet Bar. Alber. Baldus, Angelus, Imol. Paul. Alex. & Jaf. in d. cum incertus, de leg. 1. & istam dicit communem opinionem Jaf. in d. 2. & harum, infra isto tit. pen. column.

Sed

Sed advertendum, quod meo iudicio ista communis opinio videtur falsa. Primò quia lex nunquam fingit sine aliqua justa causa, & necessitate, in leg. non puro, ff. de capt. textus in leg. postliminium, eod. titulo, text. in leg. sciendum, & in leg. denique, ff. ex quibus caus. major cum similib. sed hic cessat causa, & aequitas, ergo, &c. Secundo ostendo, quod lex non fingat, imò nec possit fingere hoc, quia debitor rei generica poterit solvere, rem de novo productam & creatam in natura, post ipsam obligationem contractam, ut in l. qui decem, §. Sicut ff. de solut. ergo illa non potest dici à principio tempore contractus promissa, cum sit in rerum natura, nec ad eam potest se extendere fictio, cum sit impossibile argumentum textus in leg. inter stipulantem, §. sacram, eodem titulo, text. in l. vel scilicet, ff. de condit. & demonstrat. text. in l. nec emptio in princip. ff. de condit. emptio. text. in l. qui ad certum ff. locati. text. in leg. ador. la prima, ff. de adopt. cum similib. Nec obstat textus in dict. leg. cum incertus, ff. de legat. 1. quia bene dicit textus quod facta solutione liberatur debitor ab obligatione generica, non tamen dicit, quod fingitur à principio illam rem promissa. Unde in hoc subtili, & difficili passu cogitavi novam, & veram opinionem ultra Doctores scilicet, quod in obligatione generica, debitor tantum tenetur ad unam rem de contentis sub genere simpliciter, & absolute, & talis promissio licet incerta valet, quia non est omnino incerta, cum restringatur ad genus subalternum, & postea solveudo unam ex contentis sub illo genere, remanet liberatus ab illa obligatione generica; non tamen dico, quod solutio facta illa res censetur esse à principio in obligatione, verè vel fictè, sed quòd sit quedam obligatio simplex absolute in genere, quæ non applicatur alicui rei in particulari, vel in individuo, à qua liberatur per solutionem unius rei de contentis sub genere, sicut liberaretur si à principio illam rem soluta esset promissa, sicut dicimus in obligatione quantitatis, quia non videtur causari obligatio magis in ista pecunia, quàm in illa, sed in genere, & solutione postea facta incerta pecunia liberatur debitor. Nec obstat text. in dict. l. cum incertus, ff. de legat. 1. quia imò est text. pro mea opinione, quia dicit, quod si debitor generis solvat unam rem est liberatus, ac si illa esset debita, vel promissa: non tamen dicit quod censetur verè, vel fictè debita, vel promissa à principio tempore contractus, & istam teneo pro firma, & vera sententia in hoc articulo.

Item adde, quod in hoc contractu, vel promissione generica, modò promissor habeat servos, vel equos, vel res illius generis in patrimonio, modò non semper tenetur dare idoneum, & mediocrem, nec tenetur, nec potest compelli dare ex his quos habet in patrimonio, nec ipse potest compellere creditorem recipere unum ex his quos habet si non sit idoneus, vel mediocris in suo genere ille servus equus, vel res quæ offeratur, & solvitur, ita determinat Gloss. notabilis, & ordinaria juncti text. in leg. hæredes, §. si incerto homine ff. fam. erciscund. in gloss. magna in fin. & ibi communiter Doctores. Ex quo collige, quòd licet in ultimis voluntaribus hoc casu solutio debeat fieri de rebus quas testator reliquit in suo patrimonio, ut in l. leg. generaliter ff. de leg. 1. cum materia, tamen secus est in contractibus.

Postremò tamen visa specie, & natura cujuslibet contractus, pro complemento materiae virtutis. Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

liter & necessariò quæro, & quando debitor rei, vel quantitatis possit incarcerari? & magistratiter: & resolutivè dico, quod prius, & ante omnia debitor est citandus, non tamen personaliter capi, nec incarcerari potest, modò loquimur in magnis, & arduis causis, modò imparvis, & modo talis causa pecuniaria descendat ex contractu, modo ex delicto: textus est capitalis, & expressus in l. plevique ff. de in jus vocand. & ibi Alberic. Angelus, Paulus, textus in leg. 4. §. Prætor ait, ff. de damno infect. text. in l. nemo de domo, ff. de reg. jur. & in tantum hoc est verum, ut possit debitor armis resistere propter injuriam propulsandam, si contra debitorem procederetur ad capturam, ita Baldus in d. l. plevique, sed postquam debitor est citatus, & condemnatus, si facta executione, non reperiantur bona, potest personaliter capi, & incarcerari, textus in leg. 1. Cod. qui bonis cedere possunt, & ibi communiter Doctores & idem disponit leg. 1. cum pluribus sequentibus, titul. final. §. part. \* Nota & adde, quod circa hoc est singulare dubium si forte debitores sunt capti an saltem diebus paschalis debeant relaxari; & dico quod sic argumento text. in l. omnes dies, Cod. de feriis ubi disponitur quod talibus diebus non possunt capi nec contra eos fieri executio in bonis, nec in persona, & ibi Doct. ergo à fortiori postquam sunt capti debent relaxari, quod tamen intelligo datus fidejussoribus, argum. gloss. quæ est sing. & unica in l. final. cod. titul. de feriis in gloss. 2. \* quam tamen captram evitabit, si cedat & renunciet bonis suis, quo casu creditor potest bona ejus occupare judicis auctoritate, adeo quod unum denarium non poterit debitor retinere præter vestes viles panniculares, text. est in l. & per totum, ff. de cessione bonorum, text. in l. 1. & per totum, codic. qui bonis cedere possunt & idem disponit prædicta l. 1. titul. final. §. part. probat etiam text. in leg. divus, ff. de bonis damnatorum, ubi habetur, quod tales vestes reservantur condemnatis ad mortem, ergo à fortiori in nostro casu & in terminis tenet Bar. post antiquos in l. penult. ff. de cessione bonorum. Cynus, Salycetus & alii Doctores in leg. 1. Cod. qui bonis cedere possunt Paulus in Rubrica ejus tituli, Faber, Ang. Jus. Jalon, & communiter Doct. in §. fin. Institut. de action. Abb. & Canonista in cap. Odoardus, de solut. & ita disponit prædicta l. 1. titul. 1. §. part. ubi declarat, quod tantum panni linei reservantur, quod extendit, modò debitor sit masculus, modò femina, quia potest incarcerari si non cedat bonis, text. in leg. penultima, codic. qui bonis cedere possunt, dum dicit utriusque sexus, per quem ita tenet Baldus, & communiter Doctores in leg. 1. eodem titulo. Sed hodie de jure novo authenticorum non potest talis mulier pro debito incarcerari, ut in authentica hodie, Codic. de custod. reor. & unde sumitur, & ibi communiter Doct. nisi talis mulier sit meretrix, argumento text. in authentica, de restit. & ea quæ parit in undecimo mense, §. final. collation. 4. ubi habetur, quod luxuria non est digna privilegio legati, per quem ita tenet Bald. in l. consentaneum, Cod. quomodo, & quando, in final. col. & idem disponit lex sexagesima secunda in l. Tauri, ubi vide per me posita.

Item adde, quod talis cessio bonorum prodest debitori in alio quia in bonis postea quaeritur non tenetur insolidum, sed in quantum facere poterit text. est in leg. 4. ff. de cessione bonorum text. in §. final. Institut. de action. & idem disponit l. 3. tit. final. Gg 2 final.

*final. 5. par.* Quod limita, præterquam si dolose, & in fraudem debitor alienavit, quia tunc potest incarcerari, & non gaudet beneficio cessionis, *text. est in leg. final. §. final. de his qua in fraudem creditor.* quem reputat ibi unicum Albericus, & notat, & commendat Bar. & communiter Doctores. Imo hoc casu potest per iudicem extra ordinem paniri, ita solus Faber in §. final. *Instit. de action.* Item adde, quod fidejussor non gaudet beneficio cessionis debitoris, sed tenetur in solidum tex. est singularis, & unicus in l. heres à debitore, §. quod si stipulatur, ff. de fidejussor. secundum Bar. Paulum, & alios Doctores ibi, & idem disponit l. 3. titul. final. quinta part. Item adde, quod si debitor conveniatur pro delicto civiliter ad pecuniam, non liberatur cedendo bonis, imo tunc debet luere in corpore, argumento tex. & ejus regulæ in leg. 1. §. generaliter, ff. de pœnit. ubi disponitur, quod qui non habet in bonis, luit in corpore, textus in l. final. ff. de in jus vocando, tex. in leg. illicitas §. final. ff. de officio praelat. cum similibus, & in terminis ita tenet Faber. in §. final. *Instit. de action.* 2. colum. num. 4. cum quo transeunt ibi communiter Doctores. Hodie tamen in nostro Regno non habet locum ista cessio bonorum, nec ejus effectus, sed talis debitor postquam est incarcerratus, si intra novem dies non solverit, traditur per iudicem ipsi creditori, ut ei serviat, usque ad compensationem debiti; ita disponit l. 5. tit. 12. lib. 5. ordinamento, & pragmatica septuagesima octava, cum duobus sequentibus libro pragmaticarum. Noc oblat si dicatur, quod non valet pactum, vel statutum, per quod disponitur, quod debitor efficiatur servus creditoris, ut in leg. ober, Codic. de action. & obligat. cum ibi notatis, quia respondeo, quod iste talis debitor non efficitur servus, sed tantum tenetur servire, tanquam famulus, & tenetur præse ad illud factum donec debitum solvatur, vel compensetur cum servitio.

33 Quæro tamen circa prædicta, si concurrat uxor propria debitoris ex una parte pro dote sua & creditores extranei ex alia, an uxor præferatur in servitio mariti debitoris, ut teneatur ei prius servire quam aliis usque ad compensationem doris; & videtur quod non, quia de jure divino, habet potestatem in uxorem, non verò è contra, Quod apertissimis verbis declarat divus Paulus, prima ad Corinthios, cap. 11. *Polo autem* (inquit) *vos scire, quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, &c. & cap. 7. ibidem.* *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, & etiam expresse ad Ephesios cap. 5. cum dicit: Mulieres viris subdita sint sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, atque id etiam confirmatur, primæ Petri tertio cap. Similiter & mulieres, inquit subdita sint viris suis: quibus omnibus patet quantitas potestatis concessa sit viris in mulieres; in cujus etiam rei signum tempore velationum cooperitur caput uxoris, & non viri, ut in canonis, & in c. fœmine, trigesima quinta questione, & in c. hac q. imago, trigesima tertio quinta, cum simili, ergo contra prædictum jus divinum & Ecclesiæ non possit per leges difcerni, quod maritus sit subditus, & subiectus uxori, & ei teneatur servire ad compensationem dotis.*

Item etiam, quod maritus, quia est debitor dotis non potest conveniri ab uxore ultra quæ facere possit, ut in leg. maritum, ff. solut. matrim. & in leg. sunt qui in id. ff. de re judic. cum similibus. & huic privilegio non potest renunciari, ut in leg. alio, §. eleganter, ff. solut. matrim. ergo quod

ad uxorem, maritus non esse solvendo, remanet liberatus, & per consequens ei tenetur servire; sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imo, quod maritus debet per iudicem tradi ipsi uxori ad servendum pro solutione dotis secundum formam prædictarum legum, & præferatur aliis creditoribus.

Primò, quia sicut uxor est privilegiata in actione de dote, tam actione personali quam reali, ut præferatur omnibus, ut in l. assiduis, C. qui potior. in pignori. habeant. ita debet esse in isto casu, ut præferatur in persona mariti, & ejus servitio, cum sit eadem ratio.

Secundò, quia licet maritus non possit ab uxore conveniri, ultra quam facere possit, debet intelligi, quando ipse vult opponere, & uti tali privilegio, & vertitur lis & questio inter eos solos; fecus tamen est, si sponte vult solvere, & potius servire uxori quam aliis, quia bene potest, & valet solutio, aded quod non competit postea repetitio, tex. est notabilis in l. nam maritus, ff. de condition. indebit. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores; nec obstat contrarium quia respondeo quod illa subjectio & reverentia, debetur marito, per hoc non tollitur, sed remanet in his quæ concernunt matrimonium, & ejus requisita: sed tantum tenetur maritus operari uxori, ut ex commodo sui laboris, & officii possit sibi satisfieri de dote.

Item adde, quod nobilis in nostro Regno non potest incarcerari pro debito, nec tenetur servire, ita disponit lex quarta, titulo 2. libr. 4. ordin. & quotidie servatur in practica; quod in tantum est verum, & præcedit, ut non possit tali privilegio renunciare, cum sit inductum non favore persone particularis, sed totius notabilitatis argumento tex. cum materia in l. alia §. eleganter, ff. soluto matrimonio, & est communis opinio; quod tamen notabiliter intelligo, præterquam si tempore contractus negavit se nobilem, quia tunc non gaudet aliquo privilegio propter dolum commissum, argumento tex. in leg. 1. Codic. ad Macedon. textus in l. qui cum se ff. de re judic. tex. in leg. Cod. si minor se majorem dixerit, & utrobique communiter Doctores.

Item quæro an debitor fugiens ad ecclesiam in causis civilibus, gaudet ejus privilegio & immunitate; & breviter de jure communi dico quod sic: ita probat tex. in leg. presenti, §. cum autem, Codic. de his qui ad Ecclesiam confug. & ibi tenet Cynus, & alii Doctores Abbas in capitulo, inter alia, de immunit. Ecclesiæ sexta columna, numero vigesimo secundo. Oldradus consilio quingentesimo quarto: tamen hodie, de jure regio non gaudet tali beneficio, quia tenetur servire creditoribus, ut supra dictum est, quia per hoc competit eis jus quodam in persona debitoris, quod possunt tales creditores prosequi, & in terminis ita tenet Antonius, Abbas, & communiter Doctores in d. c. inter alia.

Item quæro, an debitor mortuo possint creditores ejus cadaver detinere, & sepultura impedire; & breviter, & resolutive dico regulatiter non, tex. est in leg. fin. cum duobus authenticis ibi positus, Cod. de sepulchro violato, & idem disponit lex. duodecima tertia, titulo nono septima part. & tex. final. titulo decimo tertio, prima part. quod est verum & procedit, præterquam si talis debitor esset obligatus per sententiam vel instrumentum guarentigium, quia tunc sicut in

vita

vita poterat fieri executio in bonis ejus, ita post mortem potest fieri in ejus corpore & sepultura impediri donec debitum solvatur, argumento textus in authentica ut definiti seu funera eorum non injurientur per creditores, §. primo, columna quinta: per quem tenet ibi Angelus de Perusio, & illud dictum tanquam peregrinum, & singulare refert, & sequitur Doctor Segura in repetitione legis, si ex legati causa, infra isto titulo, sexto folio quarta columna; sed salva eorum pace illud dictum est falsissimum, iniquum, & nulla lege hoc cavetur, nec probatur, quia nulla ratio hoc dicitur, imò est in oppositum, cum per hoc non consularit creditori, imò sibi: & rei publicæ horrendus odor, & pestis potest generari. Item etiam quia in libero homine, & ejus corpore non cadit, nec cadere potest pignus vel hypotheça, tex. est in leg. qui filios, Cod. qua res pignori obligat. post. ergò nullo jure cadaver potest detineri, nec sepulcra ejus impediri, & ita jam conclusi, & feci prædicari in hac civitate in persona cujusdam pauperis; & in expresse postea repertis, quod istam sententiam & conclusionem contra primos Doctores tenet Ro. JERIC. Suarez in repet. legis post rem judicatam. fol. 127. vers. extenso quinto.

57 Item finaliter quæro, si debitor in diem, vel sub conditione post debitum contractum efficitur suspectus, an teneatur præstare cautionem, vel satisfactionem creditori de solvendo adveniente die, vel conditione: in quo articulo resolutive dico, quod si est debitor purè, & de presenti, vel dies vel conditio jam cessit, non præstanda cautio, vel satisfactio, nec est necessaria, cum creditor possit statim agere, & contra debitorem procedere via ordinaria; & si repetitur non solvendo, poterit incarcerari, & tenebitur servire, ut supra dictum est: si vero debitor sit in diem, vel sub conditione, & erat suspectus tempore ipsius contractus, & minus solvendo, non poterit creditor talem cautionem, vel satisfactionem petere quia sibi est imputandum, quod cum eo contra it, ita probat textus in leg. si is à quo, ff. ut in possess. legat. & ibi communiter Doctores, textus in leg. arbitrio, §. fin. ff. qui satisfare cogant. ibi etiam communiter Doctores textus in leg. qui bona fide, §. de illo, ff. de damno infecto, textus in leg. final. vers. si quisdem, Cod. de sponsal. & tenet Palacios Rubios in repetitione, fol. 62. & Rodericus Suarez in sua repetitione, leg. quoniam in prioribus, fol. 177. Si verò non erat suspectus tempore contractus: sed postea pendente die, vel conditione efficitur suspectus, & non solvendo ex aliqua causa superveniente, tunc bene tenetur satisfare de solvendo adveniente die, vel conditione, & si legiflorem idoneam præstare aliàs poterit detrueri in carcerem; textus est capitalis, & expressus in leg. omnibus ff. de judic. & ibi notat & commendat Bar. & communiter Doctores, textus in leg. si creditoribus, ff. de privil. creditor. & ibi communiter Doctores, nec excludatur talis debitor, cum juratoria cautione non invento fidejussore, argumento prædictorum jurium; ita singulariter Paulus de Castro, in leg. secund. ff. solut. matrim. quem sequuntur alii Doctores. Item etiam hoc casu poterit fieri debitori per iudicem in erdico alienationis bonorum suorum, textus est singularis & unicus, in l. de pollicitationibus, ff. de pollicitationibus, quem ibi ad hoc notat & commendat Bar. & alii Doctores, & reputat mirabilem Alber. Item adde, quod prædicta debent intelligi, & extendi, modò

causa suspicionis superveniat culpa debitoris, modò non, sed alio casu fortuito, argumento prædictorum jurium & rationis, & in terminis tenet Baldus in leg. ubi ad huc, C. de jure dotium quarta columna, quem sequuntur ibi Doctores, licet aliqui velint contrarium. Item etiam intellige prædicta, ut requiratur plena probatio debiti, vel saltem semiplena, non tamen sufficit juramentum creditoris, ita colligitur ex mente Doctorum, ubi supra, & in terminis tenet Baldus in l. cum sperissimi, Cod. de judic. non tamen requiritur hoc casu citatio debitoris in facienda probatione suspicionis, si timetur de fuga debitoris secundum Doct. ubi supra.

ANNOTATIONES.

[Item quæro, an contractus] Vide quæ jam superius isto in hac de tractata cap. 9. littera d. late & non persuntur observant.

[Et ita tenet Alexand.] Adde Dec. videndum consil. 15. Palat. Rub. in repet. c. per vestras, §. 88. numer. 5. de donat. q. inter vir. & uxor. Did. ad Covarr. quem hac de re alio in cap. peccatum, 2. part. 53. fol. 35. Stracchan in tract. de huc rei icato de sponsalibus.

[Notat etiam & commun. notat.] Adde Alexand. in leg. si jus d. & angustus, numer. 13. ff. ad l. Falchid. Campog. de dote, 1. part. quest. 30. Suarez in l. g. post rem judicatam, fol. 143. olim r. ff. de re jud. Jacob. à Sanct. Georg. in l. ultim. numer. 5. Cod. in quibus casibus in integ. restitut. non est necess. Eman. à Costa in l. si ex cautione, §. Fallax. Cod. non num. p. cum.

[Item principaliter quæro.] Videto quæ in recep. sentent. thesaur. vers. confessio. hac de re observantur, nec enim actum agere cordi nobis est.

[Ut si restator dicat.] Videto quæ hac de re notat met f Gomez observat supra de ultim. volunt. c. ult. n. 45. ubi non s. litteræ multo addimus.

[Text. mirabiles & expressus.] Hunc text. appellat etiam g mirabilem notat Gomez supra de ultim. volunt. c. ult. n. 32. vers. item vna. & Rip. videndus in l. ita stipulatus, §. n. 27. ff. de verb. oblig.

[Tamen in dubio accipitur.] Hæc ratio communis est & h. veia: nec enim quidquam obstat argumentum, quod eadem ratione verbum idem promitto à testibus prolatum præ se ferre atque indicare similiter deberet stipulationem, quod tamen haud facit, ut probat l. 1. Cod. de usur. ubi Fulg. & reliqui, & est communis in leg. sciendum, ff. de verb. obligat. secundum quam consultat Alexand. consil. 173. num. 7. lib. 3. quia in instrumentis cum lex aliter certa esse nequeat, presumptionibus utitur: ac cum à testibus rogatus oca rei gestæ series perquiri intelligique perfecte possit, presumptionem repellit, vel quia cum testis de iis quæ sensibus percipiuntur debeat depone, juxta tradita in leg. restium, Cod. de testibus, non est quod illius depositiones alterius trahantur quam verbis expresse complectantur scripturæ cum ex deliberato ac serio contrahentium consensu profectè videantur, juxta notabilia Accur. in scholium in acta leg. sciendum, quod constat receptum ex Jafone ibidem numer. 35. Cuius Senior, consil. 99. numer. 25. & interpretationes & præsumptiones facilius admittunt: ex iis potè colligi labi Accur. in l. his verbis, ff. de duobus reis, ubi autumavit ex necessaria vocabilli promittendi significatione stipulationem in scriptura ostendi.

[Imò quod magis est.] Hæc opinio accepta refertur ab Accur. in l. si unus §. passus ut præter, in verb. in passis, post mel. vers. non suff. it, quæ est notata recepta juxta Jaf. ibidem num. 44. Jacob. num. 35. & eundem Jafon. num. 1. Alcat. numer. 6. Jacob. de migis à num. 3. in l. 1. ff. de verb. oblig. sed certè contrarium omnino verius existimo: primùm, quia nunquam aliàs sufficiens per testes stipulatio probari possit, cum illius omnia & omnia nunquam explicite sufficiens er possent & in testi. ut tanta scientia exigi non d. beat juxta Gloss. & interpretes in leg. stipulatio ista, §. ea quo quo, ff. de verb. obligat. deinde quia in contractum viget text. in leg. jurigentium, ff. quon fere, ff. de pass. ubi Juri consultus non innotuit scripturæ vigore, sed verborum qualitate, ex quibus proprie significatur stipulatio, ut in leg. obligamur, §. verbis, ff. de action. & obligat. denique hanc contrariam sententiam meo judicio veriorè approbare videtur euf. in l. 1. Cod. de usur. in verb. non sic, ubi apertè sentit Jafon super quo

superque esse testes deponere precessisse interrogationem & subsecutam esse responsum, nec Accur. in dicta §. p. l. i. ne parerit, impedimento erit, si considerat intelligatur, loquitur enim de ipsius partis allegationibus, non vero de testium depositionibus: competri autem & explorati iuris est multa proponi, & allegari a partibus debere, quae opus non sit probare, leg. §. adulterium cum incestu. §. idem Palloni, ff. ad leg. Jul. de adult. nec item argumentum, quo tantopere alterius sedes complices se circumspiciunt, obertit, quod scilicet testes iudicare non possint nec ultra sentiam corporeum progredi, quia testes in praesenti nec iudicant, nec alia quam quae sensibus comprehenduntur attestantur, & si ex ipsorum dictio jus stipulationis intervenit nec-essario colligatur, quamobrem merito à communi etiam opinione ante me deferretur Aret. in d. l. sciendum, n. 7. Galat. in d. l. i. n. 6. ff. de verb. oblig.

Secundo intelligi quando talis) Hoc idem ex compluribus juris Civilis non proletratis auctoribus commune apud affirmo recepit. sentent. thesaur. notarius, num. 40. ubi laudatos confidit.

Quem dicit singularem & unicum) Celebrant etiam hunc textum multa de materia conferentes Alex. & Jaf. in l. qui in aliena, ff. de acquirend. hered. Antoa. Burgenf. in cap. pervenit, de emptio & venditione. Dec. consil. 442. Gozad. late consil. 73. Rodet. Suaz. in legibus regulis, tit. de las dadas, fol. 56. cum sequentibus, complures limitationes non sentendas scite contribit Jaf. in l. i. à manu. 10. Cod. qui à mir. intellige autem ex diuturna illi vel partis possessione non solum iustum sed & cum iusta ipsam additionem praesumit, hoc est, & actum, & actus qualitatem intervenisse ex praesumptione colligi, ut ex text. & interpretibus non laboriose percipit, quo tamen jere non leviter erravit Dec. consil. 42. num. 21. & qui cum magna non curantia sequitur Ayra. Cravet. in tractat. de antiquis tempor. par. 3. n. 11.

Item quere, an & quando.) Hac de quaestione & regula ultra ordinarios videtur Didac. à Covar. in ead. quomodo par. 2. par. 6. de pact. libro 6. & intellige obligationem naturalem nihilominus, ex huiusmodi stipulationibus orti, quae tamen stipulant ipsi quoratur, non illi in cuius gratiam stipulatio concinnatur, ut est apud Accur. sententia in leg. stipulatio ista, §. n. 1. r. an verb. nihil interstet, ff. de verb. obligat. quae opinio licet Covar. in dicta §. l. i. num. 1. cum sequentibus, tamen verius & iuris definitionibus magis consentaneum est, ut nulla nulli obligatio comparatur, ut enim alia argumenta id comprobantia silentio involvantur probat id loculenter & perspicue textus in l. si ita stipulatus, §. Chryseus, ff. de verb. obligat. ubi Paul. Juris. obligationem nullam nasci dicitur verbi esset, & sane si qua obligatio oriretur, aequius iustus erat, et acquiri, in cuius gratiam stipulatio concinnatur, quam ipsi stipulanti iuxta doctrinam textus in leg. cum pater, §. donationis verba, ff. de legat. 2. ac praesertim cum & stipulantis & promittentis mens ac propositum in eo verget, ut illi non stipulanti comparatur, quamobrem si factus fieret, laederetur iuris definitiones, maxime quae ex leg. non omnis, ff. si cert. petat. colligitur, denique hanc eandem sententiam juvat ac non leviter promovet l. si quis ita, in 2. par. ff. de verborum obligat.

Glossa est notabilis & ordinaria.) Glossa hanc in leg. huiusmodi, ff. de legat. l. i. extollit inibi Angel. effertur & approbati communitate ostendunt Jafon ibidem etiam num. 7. & in leg. stipulatio ista, §. alteri num. 1. ff. de verbor. obligat. Angel. Aret. in SALTERI, num. 4. in l. i. innot. stipulat. Felin. in proem. Gregor. 12. Curt. Jun. consil. 45. num. 64. Didac. à Covar. qui commanem opinionem, & necessariam tenendam affirmat in cap. quomodo pactum, §. par. §. 4. fol. 97. col. 3. num. 9. de pact. l. 6. sed certe quamvis frequentissimis excipitur calculus haec opinio, falsa tamen & absurda est, facile enim juris definitiones contrarium suae utes ludibrio erant, quae ex verborum differentia discerpi non debent, & quanto magis conventionis substantia & effectus nomine absentis innot, tanto minus iurium ipsi conventio in alle debet iuxta l. 3. C. de inutil. stipulat. sed haec de re alleubi copiosius & opportunius.

Quia si queritur utilis actio.) Et communis hac interpretum sic conclusio per haec duo iura in leg. certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. petat. & in leg. si absentis, Cod. eod. tamen si quis rem ex veris juris principis reterat falsa omnino est, nec illa iura quidquam probant, quia §. si nummos, intelligendus est iuxta ea, quae laicus jam dudum observavi lib. 1. obs. ro. jur. cap. 13. ut nummi dati fuerint à procuratore nomine domini, qui absens erat in ipsorum numeratione, leg. vero si absentis, prolius exaudiri debet, ut is qui absens pecuniam tenenti locau-

dam in mandatis habebat, ei illam dederit, cui datam esse postea domino, qui generale mandatum intulerat, displicuerat, sic enim ex illius texte ferre colligitur, & ex juris regulis non temere infringendis facile comprobatur.

Textus est singularis in leg. quous.) Celebrant hunc qd textum & necessario declarant ubi ex parte omnium con- tractus lucrosus censeri debet, Bartol. colunt. versio. §. Jaf. numer. 16. & seq. in l. stipulatio ista, §. stipulatus ff. de verb. obligat. Aleiat post alios num. 2. in l. certi conditio, §. si nummos, ff. si cert. petat. late extra de pact. num. 118. Didac. Covar. ur. l. i. resolut. 14. & noiter etiam Gomezius in l. 40. Tauri, n. 25.

Illam rationem in effectu.) Adde Jafon in l. Sciendum, §. stipulatio n. 12. & in l. si filius, num. 5. & in l. si filius, la. 26. num. 11. ff. de verb. eundem Jaf. n. 314. Joan. Cot. num. 23. de l. si quis pro emptore, ff. de usuc. Aleiat. l. 1. de verb. sign. ad fin.

Notat & commentat.) Videt Jaf. in l. stipulatio ista §. si inter certam, num. 1. ff. de verb. oblig. Dec. consil. 442. num. 12. & consil. 445. num. 34. Capel. Tholof. & eius add. rionator quah. 433. Franc. Duar. in l. quis Roma §. Agorius, pag. 410. num. 14. & seq. ff. de verb. obi.

Et text. singularis & notus in l. qui Roma §. Agorius.) Difficilis a modum est hic §. Agorius, qui l. Roma, ff. de verborum obligat. & contra qui boni regulas, ut vulgo intelligitur, si enim mihi promissit, quod Titium constabit mihi debere, & Titius è medio sublatu est ante ullam meam moram & negligentiam, cui sub subductis rationibus cum illius, haecibus de debito consistit, mihi non tenetur: denique & noiter Gomezius infra vers. sed in illo casu. aperte contra definitionem huius textus sic intellectam ductus alii veris juris definitionibus, & arguitatis nominis incise loquitur, & utilitas publica juris prope mater & equi aliud suadet, & contrarium in Granatenfi pretorio iudicatum attestatur vir summo praestitit ingenio, & magna dignus fide Eman. à Costa praeat. interpr. l. 2. cap. 13. quamobrem videndum est si quapiam ratione scævola excusari possit, qui ambiguis responsis semper sese à reprehensione texille videtur, atque ea una re, ut cordatus Fean. Conan. lib. 6. commen. Juris civilis cap. 3. cenet non solum dignus reprehensione, sed & poena duci potest, ac sane existimo intellectum Aleiat. lib. 2. dispund. 13. atque intellectum item Petri Stelle ad hunc, textum admitti non debere, quia Aleiatius & variolatus & inerte utitur argumentis, Stella Jurisconsulti verba contorquet; Emanuel, porò à Costa interpretatio, quae facilius approbati videtur, nisi fallor, non almodum ab Stella intellectu, & intelligendi via abhorret: quo circa cum Canano dici posse probabilius, reos in specie huius §. nullo modo, Agrium si seipsum intelli debere, cum aliquoq Scævola mulas & indubitas juris definitores labefaceret, sed per stipulationem promississe, quod partem debere constaret: iuxta terminos textus commemorabilis in l. i. stipulatus, §. §. possum, ff. si ita stipulatus, de verb. qui lucem his tenetur summam referit: & hinc etiam maxime illustretur autem illa stipulatio, nec aliis, nec aucta ulla habitura vires esset, quam ejus cupus nomine concipiatur, interret, hoc est nec a parte, nec ab ejus haereditibus salvam pecuniam, quam debiti constitisset, ipse possit habere recte esse obicere, Scævola responi si in conuito non extitisset, stipulationem non esse commissam, eam scilicet intelligens conditionem, sub qua & promissio facta censeri debeat, ut valeat, & à ejus erentio omnis illius vires pandebat, & quae deijque profus meriti, ponderati, ac libraxi debebat, nec obest à Consulo verba fieri de subductione debiti, quoniam verba illa ad consulentem illis nium referenda sunt, deficio ad illum Scævola refertur, qui & ubi quaestiones dicit delitecebat, optime nosse, & breviter atque obscure sui potius acute quaestione decidere propouerit: itaque nihil aliud, inquit Scævola, nisi jam Mevius non potuisset locum debiti servare à veris debitoribus, promissionis locum futurum utrum sub ea conditione, ut valeat, fama intelligi deberet atque haec mihi facilis, vera, & necessaria deberetur: quam enim praeter supra adductos Franc. Duar. elegantis profecto ingenii, ac doctrinae vit commentatur, quam item & Jacob. Cujac. & Francisc. Hotoman. viri eruditione & doctrina praestantes architectantur; nec vitio, nec arriolationibus vacare arbitror.

Et alii Doctores.) Adde Didac. à Covar. hac de materia consulendum, lib. 2. resol. capit. 1. num. 5. ad fin. ubi & attis instrumenta, ex qua victum quaeritur, ipsi referendi recte concludit, intelligi tamen haec omnia illius haereditibus qui bonis essit, ablatum iri cum in illis nihil serationis favor penitus evanescat, ut eleganter docerit Bald. in

in l. i. n. 19. C. de iure sibi, est Accur. mihi contractarium sentiat, atque cum illo aequum bonum facere videatur.

Et notat & commentat. Bart.) Adde Jaf. in §. ult. n. 1. & num. 18. in tit. de actio. Felin. n. 67. Dec. num. 3. in cap. qua in Ecclesiis, de consil. late Segur. in volum reperi. fol. 2. col. 1. consil. l. post. ff. de jur. dot. & quae observat latissime Titac. in l. si unquam, in verb. bona, n. 1. C. de revoeat. donat.

EMANUEL SOREZ à RIBEIRA J. C.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores materia in explicante inferuntur,
- 2 De contract. puro.
- 3 Qui terminus debeat assignari in contractu puro ad solutionem, & in quo differat à termino conventionali.
- 4 Quid si creditor non petat debitum.
- 5 An eo tractus, vel stipulatio sine causa valeat.
- 6 An promissio reciproca, vulgo Aquesta valeat sine causa.
- 7 Promissio sine causa an valeat in foro conscientiae.
- 8 An hodie de jure Regio requiratur casu in contractu.
- 9 Quando confessio debitoris facta inter vivos valeat, & probet.
- 10 An incertitudo vitiet contractum, si sit ex parte promissoris.
- 11 Quid si incertitudo sit ex parte creditoris.
- 12 Quid si in verbo executivo.
- 13 Incertitudo circa personam nominatam per creditorem non vitiat.
- 14 In certitudo ex parte debitoris in ultimis v. l. tabulis, non vitiat.
- 15 Incertitudo circa personam heredis, vel legatarii, vitiat.
- 16 Incertitudo non vitiat relictum pauperibus.
- 17 Incertitudo in iis que in pondere, numero, vel mensura consistunt, vitiat dispositionem.
- 18 De promissione, vel legato in genere.
- 19 Incertitudo an vitiet contractum, vel dispositionem de jure Canonico, vel Regio.
- 20 Melioratio simpli citi facta sine expressione Tertii vel Quinti, an valeat.
- 21 An contractus pure celebratus transeat ad haereditatem, & etiam ejus obligatio, & actio.
- 22 Quid si ex parte creditoris, vel promissoris, ponatur ditio taxativa.
- 23 An dicta resolutio procedat, etiam in obligationibus facti.
- 24 Haereditas mentio quos haeredes comprehendat.
- 25 Debitor vel creditor an possit gravare unum haereditum in solidum, vel uni acquirere totum.
- 26 Dicta resolutio non procedit in ultimis voluntatibus.
- 27 An tot sit contractus, quot res deductae in ipso contractu.
- 28 De sententia continente plura capitula.
- 29 De appellatione ad onisum civitatis hoc casu.
- 30 Appellatio unius partis praestat alteri super eodem capitulo sententia.
- 31 De minore lesio in una ex pluribus rebus venditis.
- 32 De evizione in una ex pluribus rebus emptis.
- 33 Solemnitas quando praesumatur intercessisse in aliquo actu.
- 34 Venditio an probetur non facta mentio de pretio.

- 19 Stipulatio, vel promissio alteri facta, quando valeat.
- 20 Quid de jure Regio.
- 21 De stipulatione copulativa sibi, & extraneo.
- 22 Promissio in praesenti, aut Scio absentis, an valeat in persona Scii promissio.
- 23 Quid de jure Regio.
- 24 De contractu, vel obligatione in diem certam. Quid si dies sit incerta.
- 25 De legato relicto post mortem alterius.
- 26 Debitor in diem certam, an possit ante diem solvere.
- 27 Solvens ante diem non repetit, focus si ante conditionis eventum.
- 28 Creditor sub conditione agens potest repelli per iudicem ex officio, si ante conditionis eventum agat, vel ante diem.
- 29 De praesertionibus.
- 30 Si conditio extiterit pendente iudicio, an possit debitor condemnari.
- 31 Debitore non opponente exceptionem, quae constat ex actis processu.
- 32 Quomodo in re ligatur duplicari tempus contra plusque eum.
- 33 Promissio dare tali die, an intelligatur de primo proximo, & alia.
- 34 Quo tempore sit implenda promissio solutionis.
- 35 Quando solvenda facienda, si dies non fuerit praesentia.
- 36 Contractus conditionalis non producit actionem, vel obligationem ante implementum, & ibi de modo.
- 37 Debitor sub conditione, vel in diem, an datur proprie debitor.
- 38 Pendente conditione datur spes à jure approbata qua plures producunt effectus.
- 39 Retractus terminus assignatus an currat à die contractus conditionalis.
- 40 Ratio quare contractus conditionalis transeat ad haereditatem, secus in ultimis voluntatibus, & an conditio potestativa possit impleri per haereditatem.
- 41 Conditio implenda purificatur contractus & an conditio possit impleri per equipollentiam.
- 42 Conditio quando pro implenda habeatur ex praesumpta testatoris voluntate.
- 43 Conditio implementum retrahitur, ex quo plura inferuntur.
- 44 Prior creditor conditionalis praesertur posteriori, cui pure se obligavit debitor.
- 45 Ex contractu conditionalis gabella debetur gabellario, qui et tempore contractus.
- 46 Quid si conditio erat potestativa.
- 47 Conditio implementum an consistat debitorum immorata.
- 48 Si contractus continet diem, & conditionem, an utrumque debeat impleri.
- 49 In praedicta quaest. quando dies, vel terminus incipiat currere.
- 50 Legatum uxori relictum sub conditione, si non nubar, & quod post mortem restituat, quando debeat.
- 51 Ad Text. in l. usufructum villae, ff. de usufructu legato.
- 52 Mater an privetur hereditate filii, cui non petit auctorem, si filius morietur in sine anni.
- 53 Terminus ad se presentandum, in gradu appellationis, an currat ab ipsi die appellationis.
- 54 An contractus conditionalis transeat ad haereditatem.
- 55 An conditio potestativa comprehendatur in praedicta.

- dicitur conclusio, vel jus conditionis implenda transeat ad heredes.
- Ad Text. in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verborum obligationibus.
- Promittens solvere, quidquid confiteri Petrum debere, facta calculatione, si Petrus moriatur ante calculationem, ad quid teneatur.
- 38 Mutua cautio an habeat locum in contrahibus.
- 39 De condicione de presenti, vel de preterito, necessaria, vel impossibili: & de pacto contra naturam contractus.
- 40 De contractu alternativo, & cuius sit electio, & an utrumque sit in obligatio e.
- 41 An una ex alternativè debitis precepta, alia remaneat in obligatione.
- Libellus in alternatis quomodo concipiendus.
- 42 Electio in alternativis transeat ad heredes.
- 43 In alternativa remedium electio est creditoris.
- De debitore qui promisit solvere certo termino, vel dare fidjussorem, vel pignora; & de obligatione solvendi, vel presentandi debitorem rem in carceri.
- 44 In alternativo electio est legatari.
- 45 De annuo contractu, & in quo differat à legato annuo.
- Gabe la quomodo debeat ex contractu annuo, & constitutione census.
- 46 De prescriptione in annua promissione si non sit utriusque origina a nos.
- 47 Annua promissio a sit perpetua, & transmissio ad heredes.
- 48 In quo conveniat annua promissio, & legatum annuum.
- Judicium an possit intentari super jure de futuro.
- 49 Legatum r. lictum in diem reiterabilem an debeat intelligi perpetuum, vel pro una vice.
- 50 Obligatio ge eris quid comprehendat.
- 51 In promissione generis promissor tenetur ad rem mediocrem.
- 52 Quando & quomodo debitor possit incarcerari.
- De cessione honorum, remissive.
- 53 Cedens penis non incarceratur, & alia de hac materia.
- Cessionis remedium non habet locum in delictis sed debitor luit in corpore.
- 54 An uxer præferatur aliis creditoribus in servitio mariti cedentis bonis.
- An filius debeat tradi patri in casu cessionis Et an pater filio.
- 55 Nobilis an possit pro debito carcerari.
- An possit renunciare privilegio nobilitatis.
- Nobilis quando possit incarcerari, remissive.
- Nobilis an possit excommunicari pro debito civilis.
- De Nobili negante se esse talem.
- Nobilitatis privilegium an amittatur ex exercitio officii vilitis.
- Nobilis ex privilegio an admittatur ad honores Ordinum militarium.
- 56 An debitor in causis civilibus gaudeat immunitate Ecclesie.
- 57 Cadaveris sepultura an possit impediri per creditores.
- 58 Debitor in diem, vel sub condicione, an teneatur prestare cautionem si efficiatur suspectus.

59 An omnes contractus sint bona fidei de jure Canonico?

**D**E Contractibus, & eorum qualitatibus, agant latissime relati supra, in cap. 1. hoc tomo 2. num. 1. Maxime Mantica de tacitis conventionibus, lib. 2. & sequentibus, Tufchus lit. C. conclusio 979. & pluribus sequentibus, Thomas Sanchez de matrimonio, libro 1. per totum: Petrus Gregorius in *Synagmate*, lib. 21. cap. 1. & sequent. Molina de iustitia, tomo 2. quasi per totum, Donellus lib. 12. commentariorum, cap. 6. & seq. Bonacina de contractibus & restitutione, *disputatione* 3. per totam, Lessius de iustitia, cap. 17. Covarruvias in *cap. quomodo pactum, de pactis* in 6. Gutierrez in eodem loco, & de juramento confirmatorio, quasi per totum, Pinellus in l. 2. Cod. de rescindenda venditione, late Fillucius in *summa*, tomo 2. tractat. 33. cap. 1. & seq. latissime Castillos in l. 55. Tauri, verbo, Contracto alguno: ubi quod continetur verbo, Contractus.

Ad num. 1. ibi: Et resolutivè dico, &c. 2  
Et ibi: Contractus purè, & simpliciter, &c.  
In contractu purè, & simpliciter celebrato, statim oriri actionem & obligationem civilem & naturalem, ut hic resolvitur, notum est in *Jure*, & ita docent: Petrus Gregorius in *Synagmate* lib. 24. cap. 2. num. 10. Osualdus ad Donellum lib. 15. cap. 7. ubi bene explicat, Pichardus in §. omnis stipulatio, *Instit. de verborum obligationibus*, num. 5. Thomas Sanchez de matrimonio. lib. 1. *disputatione* 28. num. 1. Menochius de *arbitrariis Judicium*, lib. 2. casu 27. & alii penes ipsos.

Ad num. 2. ibi: S. d. dubium est, &c. 3  
Arbitrio Judicis concedendum esse terminum obligato parè, ut solvat, & hunc terminum triplicem differentiam habere cum termino conventionali, nempe compensationis, duplicationis induciarum, si ante diem petatur, & prescriptionis, resolvitur, ut videt, nostre Gomezius; & ita docent, Osualdus ad Donell. lib. 15. cap. 7. Menoch. de *arbitrariis Judicium*, lib. 2. casu 27. num. 5. referens alias diversas opiniones, Molina de *iustitia*, tomo 2. *disputatione* 64. num. 8. ubi quid si poena fuerit apposta? Mozius de *contractibus*, tract. de *stipulatione*, ex num. 4. ubi enumerat casus in quibus præter Judicis arbitrium re ipsa pura stipulatio dilationem habet: de quibus etiam Decius in l. in omnibus, *obligationibus*, ff. de *regalis juris*, Pichardus in §. omnis stipulatio, *Instit. de verborum obligationibus*, quem omnino videas ex num. 5. quia optime materiam explicat, & Gratianus *disceptionum*, cap. 524. num. 57. & Scaccia de *commerciis* §. 1. *quest. 1. 371. & §. 2. glossa 5. ex num. 1.* Bolanus in *Curia Philipp.* 2. parte, §. *paga*: num. 12. & vide etiam infra, num. 28.

Addit præterea Thomas Sanchez *dicitur disputatione* 28. lib. 1. de *matrimonio*, num. 2. debitorem absque diei præfusione solum teneri debitum solvere, si à creditore fuerit requisitus) ex Text. in l. debitores presentes, Cod. de *pignoribus* 3; quod intelligit in foro conscientie, nisi creditor petere non audeat, etiam ex timore reverentia, tunc enim quamvis creditor non petat, constituitur in mora promissor: si enim petat, tunc intrat & locum habet supra tradita resolutio, ut terminus assignetur arbitrio Judicis, vide etiam Cancr. *variarum*, parte 2. cap. 3. n. 97. ubi addit cum aliis interpellationem

pellat. esse necessariam licet promissio esset jurata.  
Ad num. 3. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.  
Quod mero jure valeat, & teneat contractus, vel stipulatio sine causa, tamen obstat exceptio doli, & per eam creditor repellatur, causa non probata, resolvit Gomezius, & docent Duarenus in *l. juris genium*, §. *quod fere ff. de pactis*. Quædam in suis *questionibus*, cap. 12. Avendanus in *titulo de las excepciones*, num. 21. Thomas Sanchez de *matrimonio*, lib. 1. *disputatione* 5. num. 22. Barbofa in *Collectanea* cap. si cautio de fide instrumentorum num. 2. & 3. Paz. in *praxi*, 1. tom. 4. parte, cap. 3. num. 10. Mantica de *tacitis conventionibus*, lib. 2. tit. 12. per totum, & alii plures relati à Parladoro *lib. 2. quotidianarum*, cap. 3. num. 55. & quos adduximus supra cap. 9. num. 4. ubi contractam partem cum ipso Parladoro supra, num. 56. & Pichardo in *principio*, *Instit. de verborum obligationibus*, num. 15. & alius in §. in hac re, num. 7. & *questionibus*, eodem titulo, veriore diximus.

Ad num. 4. ibi: Ex quibus resultat maximum dubium, &c.  
Contractum reciprocum, vulgo, *Apuesta*, valere etiam sine causa, cum continet conditionem, quæ pro causa habetur, resolvit Gomezius, & ita tenent Covarruvias in *regula peccatum*, 2. part. §. 4. num. 2. Azevedus in l. 12. tit. 7. lib. 8. num. 15. Moita in *emporio*, tit. 4. num. 7. Lessius de *iustitia*, lib. 2. cap. 2. *dubio* 1. ex num. 2. Stracha in *tractatu de sponsonibus*, 4. parte, *versiculo*, ex *prædictis*, Petrus Sanchez eodem *tractatu*, 2. parte, ex num. 8. ubi etiam probat quod non valet sponso, est qua potest procedere occasio delinquendi, Molina de *iustitia*, tom. 2. *disputat.* 58. Thomas Sanchez in *consiliis moralibus*, lib. 1. cap. 8. *dubio* 32. per totum, Bolanus in *Curia Philippica*, 2. part. lib. 3. cap. 15. per totum, novissime Narbona in *tertiam partem nova Recopilacionis*, leg. 3. tit. 7. lib. 1. *glos. 11. per totam*, quæ eruditè materiam explicat: & num. 19. probat, sponsones illorum qui ludentes inspicunt esse licitas, & non obnoxias restitutioni, Carlevalius de *judiciis*, tom. 2. *disp. 8. sect. 5. n. 55.*

Ibi: Ad aliam verò partem nostra difficultatis, &c.  
Laudat Gomezium hic Pater Thomas Sanchez de *matrimonio* lib. 1. *dicitur disputatione* 5. num. 22. sed jam diximus n. 4. supra, contrariam resolutionem esse tenendam: in foro autem conscientie promissionem sine causa valere cum pluribus resolvit ipse Thomas Sanchez *ibidem*, quod nos potius jure dicere debemus.

6 Ad num. 5. ibi: An hodie in nostro Regno stante lege ordinamenti, &c.  
Etiam hodie de jure Regio requirit causam in promissione, resolvit Gomezius; sed ut diximus supra n. 4. verius est causam non esse necessariam de jure communi, & multo magis de jure Regio, ut docent ibi relati, maxime Parladorus, & Pichardus, & vide Souffam in *repetitione tituli de pactis*, artic. 7. num. 11.

7 Ad num. 6. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.  
Confessionem extrajudicalem absente parte factam, solummodo semiplenam probationem inducere, præterquam si sit geminata ex intervallo vel facta in scriptura publica, vel privata; quia scriptura semper loquitur, resolvit Gomezius, & docent late explicantes, Mascardus de *probationibus*, *conclusiones* 345. & 349. num. 5. & *conclusiones* 346. Gutierrez de *juramento confirmatorio*, 1. part. Anton. Gomez. *Variarum Resol.* Tom. II.

10, cap. 47. & 54. Duénas in *regula*, 120. Gratianus *disceptionum forensium*, cap. 141. num. 8. Cardoso in *praxi Judicium*, & *Advocat. verbo*, *Confessio*, num. 5. Farinacius in *praxi*, *quest. 82. num. 5. & sequent.* & latissime Joan. Grat. in *reg. 126. ubi duas & viginti limitationes congerit in quibus confessio extrajudicialis plenè probat quam plurimos Doctores referens, Augustin. Barbof. in *collect. capite 2. de confessis*, ubi quod confessio facta in judicio probat plenè etiam sine causa (de quo etiam Cancr. *variar.* 2. parte, cap. 3. num. 74. & cap. 1. num. 90. & capite 6. num. 99.) & num. 8. declarat, quæ sit confessio judicialis: & num. 10. & 11. late comprobat limitationes nostre Gomezii, & addit aliam, nempe si confessio sit jurata, quæ etiam plene probat, vel fit in causa pia, Bolanus in *Curia Philippica* 1. parte, §. *præbea*, num. 6. Valenzuela *consilio* 27. num. 2. & *consilio* 116. ex *numer. 5.* Borellus in *summa decisionum*, tom. 2. tit. 3. ex *numer. 63.* ubi latissime.*

Ad num. 7. ibi: Prima conclusio, &c. 8  
Incertitudinem in verbo dispositivo ex parte promissoris vitare contractum, & obligationem, ut si quis dicat: *Satisfiet tibi, vel Decem dabuntur tibi*. Et hoc procedere etiam hodie de jure Regio, resolvit Gomezius & docent Mantica de *tacitis conventionibus*, libro 14. tit. 19. num. 49. ubi hanc dicit communem contra alios, quos refert Tufchus lit. 1. *conclusio* 65. & alios refert Augustinus Barbofa in *axiomate* 119. Suarez in *leg. post. rem judicatam in declaratione leg. Regni limitatione* 4. num. 8. ubi Valdesius, Osualdus libro 15. *capite* 1. in *notas*, Gutierrez de *juramento confirmatorio*, 1. part. *capit. 64. ex num. 1.* Stephanus Gratianus *disceptionum forensium*, tom. 4. cap. 675. ex *numer. 19.* & vide Noguerol *allegatione*, 39. num. 73. Cancercium 3. parte, *capit. 20. num. 115.*

Ibi: Secunda conclusio, &c.  
Incertitudo ex parte creditoris, ut si in præsentia alicujus, quis dicat: *Promitto dare decem*, quod non vitiet contractum, sed obligationem, ut hic probatur, docent Mantica *dicitur libro* 14. tit. 29. numero 45. Pichardus per *rectum ibi*, in §. *si ve autem*, *Instit. de stipulatione servorum*, num. 4.

Ibi: Tertia conclusio, &c.  
Incertitudinem in verbo executivo tautum, non vitare contractum nec obligationem, ut hic resolvitur, docent omnes supra relati, maxime Mantica de *tacitis conventionibus*, libro 14. titulo 29. num. 46. Gratianus *disceptionum forensium*, tom. 4. *capit. 675. n. 20.*

Ibi: Quarta conclusio, &c.  
Incertitudo circa tertiam personam nominandam per credito rem non vitat contractum, quando res restituenda creditori perpetuè est remanens penes eum; ita resolvit Gomezius in *presenti*, quia ad hæredem verba dispositiva testatoris expressè vel tacitè dirigitur, ut docent Peralta in l. si quis Titio, ff. de *legatis* 2. num. 1. & sequentibus, & ibi, Sarmiento, num. etiam 2. Matienzo in *leg. 14. tit. 4. lib. 5. Recopil. glossa* 1. num. 32. & in omni dispositione hominis simpliciter facta, hæredes censentur nominati, ut tradit Cardinalis Tufchus lit. H. *conclusio* 75. per totam, Girona in *tractat. de gabelis*, 1. part. num. 55. adeo ut aliquando etiam si adjecta fuerit dictio taxativa, adhuc Persona hæredis comprehendatur, ut videri potest per Antonium